

Badische Landesbibliothek Karlsruhe


Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De arte et vero modo praedicandi

Pseudo-Thomas

[Leipzig], um 1490

[urn:nbn:de:bsz:31-310113](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-310113)



Da 22

AN 555

AN 556

AN 557

AN 558

AN 559

AN 560

Handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to contain numbers and some characters.

Da 22 | e 1000

Recht

G
24

De qre interditi hoc tenent
 Nisi die piaz nullis pignis tibi nola;
 Dne tui vel paces admittendi solaces
 Sal aq benedictas appendo populu dimittas
 Tu baptizabis sed mulieru no intermifabis
 Tu gmmunicabis est sed no in vinctibus
 Mortuo no pulses sepultura q negabis

Nota alios in vulgarij

Beglaub zu und ems leut
 wegs waich nit sprang dy leut
 halt mich aber mit mit gefang
 las die nymat helffen er sey dem
 geweychte zu dem Brand
 Se pender pang rauffen sey dem stab
 Nymat einleut noch begrab

Dignitate puniti in 1 et legalis repus de pte fo hery
 et in quamplo dicit qij pte pte de marmon
 de d. adinae ad re de combys 2 immutatio unde fo l

Adh. c. - e (Stella alexicorum. - Manuale
 parochialium. - Thomas Ag. de arte predicandi)
 Leipzig, Marc. Brandis. c. 1490.

52 2130, # 8199, 9341,
 15065, 10727, 1353

**Tractatulus solennis de
arte et vero modo predi-
candi ex diuersis sacrorum**

doctorum scripturis et principaliter sacratissimi
christiane ecclesie doctoris **T**home de **A**quis
no ex paruo suo quodam tractatulo recollec-
tū vbi scdm modum et formam materie presen-
tis pcedit. ¶ **U**na cū tractatulo extimij doctor-
is **H**einrici de **b**assia de arte predicandi sequit-
tur vt infra:

[Faint, mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

Tra...
et dicitur
fimi ch...
uo suo quo...
ma mater...

thauz
et dicitur
no suff...
q p dicitur
Et licet
gell an...
cit S...
em p...
dicisse
oportet
litas a...
sciat n...
gustum
dus q...
corda...
Linea
ditur
Lib...
no q...
nam...

Tractatulus solennis de arte et vero modo predicandi
ex diuersis sacrorum doctorum scripturis. et principaliter sacratis
simi christiane ecclesie doctoris **Thome de Aquino** ex par
uo suo quodam tractatulo recollectus. ubi secundum modum et for
mam materie preteritis procedit.

Communicatur me-

is desiderantibus hoc quod de modo predicandi
ad populos multos per labores donauit altis
simus. qui dat omne bonum sed non per cornua

thaur. Hinc igitur ipsis trado libellum de hac arte penodiosum
ex diuersis doctorum sacrorum libris laboriose compilatum. **U**n
de non sufficit habere scientiam aut facultatem predicabilium ad recte
quod predicandum veretiam ars requiritur et modus. **U**n **grego-**
rius in principio sui pastoralis. **I**n verbo dei consistit ars
Et licet ydoneus modus predicandi donum dei sit qui dat eu
angelisantibus verbis virtute multa. **A**rte tamen et doctrina ut di
cit **S. Augustinus** hoc donum multipliciter adiuuat. **N**ihil
enim presumptuosius quam antea docere antequam docendi modum di
dicisse. **U**n **Tullius** secundo rethorice. **N**on sufficit habere quod
oportet dicere sed requiritur ipsum negotium dicere. put qua
litas auditoris exigit et requirit. **Q**uomodo autem diceret quis nisi
sciat modum sciendi quo oportet dicere. **S**imiliter **S. Au-**
gustinus de doctrina christiana dicit. **N**on que dicunt sed mo
dus quo dicunt. ille primo accendit auditores et inflammat
corda quod attendentium et audientium penetrat. **Q**uonia dicit
Gregorius. **V**ia domini ad cor dirigit cum doctrina veritatis au
ditur. **U**nde auditus verbi dei est via conuersionis a peccato
Libus mentis est sermo dei. **T**ate namque virtus est predica
tio quod reuocat ab errore ad veritatem a vicijs ad virtutes. pra
ua mutat in recta. et aspera puertit in plana. **I**nstruit fides
A ij

erigit spem. inflammat caritate. euellit noxiam. plantat vtilia. et fouet honesta. **Est** enim via vite scala virtutum. et ianua paradisi. **Quapropter** non sit ars tantum sed ars artium scientia scientiarum. **Guilhelmus** parisiensis in approbatione et recommendatione artis predicandi dicit. **Cum** enim tot volumina rethoriarum de manu rethorica sunt scripta. **Nonne** multo magis dignum et iustum est ut tractetur ars et doctrina de predicatoria manu ut erit homo rethor diuinus cum tamen non sit comparatio orationis rethorice ad hanc orationem predicatoriam in ipsius fructu et utilitate. **Est** igitur predicatio verbi dei conueniens et congrua dispensatio.

Ante autem predicationum ceteris super tres species. vna est in verbo de qua dicit **Ita** et predicare euangelium omni creature. **Alia** que est in scripto. vnde predicasse dicit apostolus corinthiis quando eis epistolas scripsit in quibus erat verbum dei. **Alia** que est in facto. vnde dicit **Gregorius**. **Omnia** christi actio est nostra instructio. **Non** sumus ille magister dominus noster **iesus**. ut sue nihil deesset doctrine. utroque modo studiosissime instruere curauit opere videlicet et sermone. **Sicut** scriptum est de eo. **Actuum** primo capitulo. **Cepit** **iesus** facere et docere. immo primo facere et postea docere. ad denotandum quod hodie quisque predicator fidelis tenet predicare opere deinde sermone. **Ut** enim quisquam predicator diligens hodie talis christi iesu fieret imitator ut non solum predicaret verbo sed etiam opere. vnde **leo** papa. **Plenus** est opere docere quam voce. **Efficax** enim modus predicandi est vite concordia cum doctrina. **Gregorius** **Lucius** vita despiciat restat ut eius predicatio condemnatur. **Arestotiles** in ethicis. **Cum** sermonibus dissonant opera contempti erunt. **Bernhardus** in quodam sermone. **Tunc** quoque semine dei facile germinat. quoniam hec in audientis pectore predicans pietas rigat. **Ad** hec enim nisi me fallit opinio iuste et recte viuendum est predicatori. ne dicta sua repugnantibus factis euacuet.

Paulus
Liberius
neglexit

informa
te proce
ta suspi
min pu
em th
na De
rum
vtendi
lis que
diuina
deser
geli n
celest
forma
lis et
moni
pdica
quod ca
docer
verbu
tis r
de a
dica
ide

Paulus Nihil audeo loqui eorum que pro me non efficiunt
Christus reputans verecundiam predicare vel docere quod
neglexit facere.

Sequitur diffinitio predicationis.

De predicatio verbalis

lis vel vocalis. de qua hic loquitur **E**st manifesta et publica instructio fidei et morum hominum informatione deserviens ex rationum semita et autoritatum fonte procedens **E**rit igitur predicatio manifesta quoniam si esset occulta suspitiosa esset et videretur recludere heretica dogmata **E**rit enim publica quia non uni sed pluribus preponenda est. **S**i enim tibi uni proponeretur non esset proprie predicatio sed doctrina **P**er hoc enim quod dicitur predicatio est instructio fidei et morum **I**nsinuantur due partes theologie quibus in predicatione est utendum. scilicet rationalis que divinam sciam persequitur **E**t moralis que morum informationem pollicetur. **P**redicatio enim nunc in divinis instruit nunc in moribus. **Q**uod figurat per angelos descendentes et ascendentes in scala quos vidit iacob **A**ngeli namque tales mystice sunt doctores qui tunc ascendunt quoniam celestia predicant tunc vero descendunt quoniam per mortalia se confortant **C**ausa vero efficiens sermonis est duplex. scilicet principalis et instrumentalis **P**rincipalis causa uniuscuiusque sermonis est deus gloriosus **I**deo fit oratio ad deum ut lingua predicantis moveatur tanquam ab agente et sic predicator habet se tanquam causa instrumentalis. **I**tem ars predicandi est scientia docens de aliquo aliquid dicere **S**ubjectum artis illius est verbum dei **S**ubjectum autem sermonis est intentio predicantis etc. **P**redicatoris gesta sic fieri possunt **S**i sermo fit de aliqua autoritate bible vel sanctorum tunc valide predicandum est ut valenter exeat de ore predicantis et in cor resideat et audietis **U**n aliquando conandum est ut predicator loquatur

A ij

quam cum admiratione ut ibi **N**ōne tacui: nōne dissimulaui
Aliquando cum dolore et lamentatione: ut ibi **A**bsolon
fili mi absolon **A**liquādo cū horrore et cōmotione: ut ibi
nisi pueri fueritis **7c**: **A**liquādo cū prouisione et derisione ut
ibi **A**dhuc permanes in simplicitate tua **A**liquando cum
gratia vultus et manuum attractione: ut ibi **V**enite ad me
omnes **7c**: **A**liquando cum quadam elatione: ut ibi **D**e
terra longinqua venerunt ad me **A**liquando cum tedio
et indignatione: ut ibi **C**onstituamus nobis duces: **7c**:
Aliquādo cū gaudio et manuum elevatione: ut ibi **V**enite be-
nedicti **A**liquādo cū odio et vultus aduersione: ut ibi **I**te male
dicti **7c**: **E**t sic predicator debet se conformare gestui: quez cre-
dendum est christum habuisse quādo dixit **S**oluite templum
hoc ponendo manū super pectus et respiciens templum **E**x
hīs et sequentibus quisque predicās faciliter recolligere potest
et adquirere gesta arte verā et modum que sūt tanquam instru-
menta ipsum in operando dirigentia: quia non repugnat aliis
quę plura et alia multa scire videlicet modum ignorare pos-
se et pauca sūt et modica illa que scimus respectu illorum
que ignoramus.

Thema est principium sermonis ad quod plura requi-
runt **P**rimo quod sit de biblia sumptus: quod habeat
sensum perfectum **N**on incongruum **N**on nimis longum **N**on
nimis breue **B**ene quotatum de terminis predicabilibus
ut sūt omnia verba participia **7c**: **I**tem thema est prelocu-
tio facta pro approbatione terminorum predicabilium in thema-
te positorum: aut auctoritatibus biblicis atque doctorum cum intro-
ductione auctoritatum philosophię per aliquam similitudinem
moralitatem aut puerbium siue naturale: **I**tem quicquid
dicitur in themate et eius diuisione thema vocatur: quia diuisio
thematis est ipsum thema met **N**am ex themate procedunt
diuisiones tanquam ex radice ut patet in arbore: et ideo thema
vocatur: **N**otandum quod quattuor sūt partes sermonis. scilicet

thema. pthema siue prelocutio. diuisio vel distinctio. sub
diuisio vel subdistinctio **E**t in istis accidūt duo scz deduc-
tio harz partiuꝝ predictarum. et hoc per probationes sua-
siones virtutum et vitioꝝ fuga.

Vitia ser-
monum

Ignorantia predicantis
Infacundia
Nimīa clamorositas
Somnolenta locutio
Digitorum demonstratio
Lapitis iactatio
Digressio remota

Item prelocutio etiam potest fieri ex autoritatibus ad-
ductis circa thema. exempli gratia **A**ccipiat istud thema
Mors q̄ amara est memoria tua **J**am prelocutio istius
thematis potest sumi ex certis autoritatibus **P**salmitē.
Mors peccatorum pessima. **R**egum. **A**maritudo mea
amarissima **E**cclēstici. **M**emorare nouissima tua ⁊ in
eternum non peccabis **S**alomon. **N**ihil certius morte-
nihil incertius hora mortis **A**ugustinus. **O**mnium terri-
bilium terribilissimum mors ⁊ autoritas p̄bilosophi **E**r-
go dicit **sapiens** **M**ors q̄ amara est memoria tua **H**ec
fuerūt verba thematis preassumpti **D**einde ponatur the-
ma cū suis diuisionibus et subdiuisionibus **P**ost hoc in-
uocatio spiritus sancti per orationem angelicā aue maria.
Deinde expediendo partes post inuicez diuidendo et sub-
diuidendo.

Diuisio prima

Duplex est mors. spiritualis. corporalis **S**piritualiuꝝ
alia virtuosa. alia damnosa. est subdiuisio primi membri
De prima dicit. **M**ortui estis et vita uestra abscondita est
cum christo in deo. **D**e secundo dicitur illud apostoli
Beatus qui liberatus fuerit a morte secunda.

Subdiuisio secundi membri

Corporaliū alia naturalis alia violēta De p̄ma dr il
lud Regū omēs morimur ⁊ velut aque delabimur De
secūda dr illud **Hieremie** morte turpissima p̄memus
eū. Thema istud ad p̄positū nostrū est qz dimisso euāgelio
in eo p̄mittit p̄locutio p̄ certas auctoritates Et post p̄locu
tionē fit diuisio thematis Et deinde subdiuisio partiū prin
cipaliū thematis sicut patuit exemplariter. **S**tante nunc
themate p̄locutione diuisione ⁊ subdiuisione thematis ser
mo adhuc nō ē p̄fect⁹ nisi quelibet ps principal̄ multipli
cet p̄ alias materias videlicet per auctoritates adductas qz
alias s̄mo nimis breuis et simplex fieret. Propterea dandi
sūt certi modi p̄ q̄s vt cōter oīs sermo habeat plongari.
Item notandū qz materia principalis oīm sermonum
īmo totius sacre scripture sūt ista decē **D**eus diabolus ci
uitas sup̄na infernus. mō⁹ aīa corpus p̄ctm̄ penitentia
v̄tus. **H**ec quidē pauca sūt ⁊ modica respectu multitudi
nis sermonū **S**z ipsa dilata sc̄dm̄ exigentiā auditorū cres
cunt q̄si in infinitū. ⁊c.

Qui vō plongādi sermonū h̄nt fieri nouē modis

Primo p̄ p̄cordantias auctoritatū **S**ec̄do per ver
borū discussionē **T**ertio p̄ rez p̄rietates **Q**uarto p̄ mul
tiplicē expositionē siue multitudinē sensuū **Q**uinto p̄ simi
litudines ⁊ naturalia **S**exto p̄ oppositi assignationē vicz
correctionē **S**eptio p̄ p̄pationes **O**ctauo p̄ nominis in
terp̄tationē **N**ono p̄ synonymoz multiplicationē Et mo
di isti etiā patēt p̄ ordinē in arboze p̄scripta in fine mate
rie p̄nt̄ **P**ostq̄ aut̄ sit expositio vniuersusqz mōi p̄ ordi
nē cū suis materijs ⁊ exēplis tūcerit finis materie p̄ntis.

Ite s̄mo p̄mo plongat p̄ p̄cordantias auctoritatū

Cōcordantie auctoritatū sūt triplices vicz biblie auctori
tatū sc̄oz ⁊ philopoz moralū **I**tez concordantie au
toritatum sumunt tripliciter vicz ab eodē a simili ⁊ a tra
rio ab eodē vt ibi **I**ust⁹ vt palma flozebit **D**e eodē iust⁹

florebit sicut lilium **A** simili ut iustus hec bona habet. ideo
q̄ est fortis et prudens. Et quia facit bona opera ideo pre
miabitur. **D**e contrario dicit iniusti aut mala faciunt. ideo
puniunt. **S**ecundo sermo plongetur p̄ discussionem verborum
Et debet fieri discussio verborum tam in themate q̄ etiam in
autoritatibus adductis. **N**on enim predicator vult discute
re verba christi autoritatis alicuius. **P**rimo debeat atten
dere quot clausulas habeat autoritas. et ordinem clausula
rum seu verborum. **N**on enim autoritas habet plures clausulas
tunc predicator attendere debet an possit aliqua illarum adap
tare ad numerum virtutum vitiorum vel ad partes penitentie
Et ista discussio verborum potest etiam fieri per diffinitionem
sive descriptionem nominis assumpti in themate. **V**erbi gra
tia psalmista. **I**ustus ut palma florebit in domo domini. **P**ossunt
discutere et querere quis sit iustus et respondere. **Q**ui red
dit unicuique quod suum est. scilicet deo prelati dominis et hominibus.
Deo gratiarum actione. **D**ominis debita reuerentia et obe
dientia et huiusmodi. **T**erium possunt discutere verba vel
terius et querere. **Q**uid domini. quid palma. quod dominus
quid domini domini. **S**imiliter quid bonum. quid honestum. et sic
de alijs. **H**ec incidunt in discussione omnium thematicum sive
aliarum autoritatum in sermone adductarum.

Item ponatur istud thema.

In patientia vestra possidebit aias vestras. **L**uce. xxi
Jam possunt discutere et querere quis sit patiens et quod sit
patientia. **E**t respondere. **P**atientia est dissimulatio illate ini
micitie. **E**t ista dissimulatio est silentium oris a murmure et
obsuro sermone. **E**t est quies cordis ab odio et rancore. **S**i
militariter ibi. **D**ominus homo mendax. **D**ominus declinauerunt in unum.
Possunt discutere sic et querere. **Q**ui sunt tales et respondere
laici prelati. subditi. claustrales. et seculares. **7c.** **E**t ista dis
cussio potest dici totum in quantitate. id est de tota autoritate in
partes. ut ibi. laici. prelati. subditi claustrales. **7c.**

Potest etiā fieri discussio v̄boꝝ p̄ argumētatiōz :
Siue p̄ ratiōnē a maiori v̄l a minori **A** simili ab
oppositis vt p̄traria affirmatio v̄l negatio. vel relatiue vt
p̄uatio ⁊ habit⁹ **S**ilr a laude v̄l vituperio. ⁊ hoc de oī
bus locis dialecticis ⁊ rethoricis q̄ incidūt in sermone assū
pto **V**erbi gratia **A** maiori. vt ibi **D**ñs angelis peccan
tib⁹ nō peccit. **E**t q̄ nec homībus peccantib⁹ parceret quasi
magis ingratis **S**ilr **A**de ⁊ **E**ue quos p̄p̄ria manufece
rat nō peccit **N**ec iude ap̄lo ⁊ discipulo suo. **I**gitur nec
alijs p̄cet suo mō peccantib⁹. qz si id qd̄ magis videt̄ ines
se nō inest. ergo quod minus videtur inesse non inerit.
Ite ex discussiōe v̄boꝝ p̄dicator etiā p̄t dicere. sibi effe
ctus terminoz assūptoz in themate. **D**onat̄ igit̄ istud
thema **Q**ui se hūiliat exaltabit̄ **L**uce. xviij. **P**ossū dis
cutere effectū istī⁹ auctoritatē et dicere **C**ause hūilitatis sūt
multe **I**ob. xiiij. **H**omo nat⁹ de m̄liere. ideo cū reatu bze
ni viuēs tpe. ideo cū motu replet̄ multa miserijs. ideo cum
fletu **S**iliter p̄ effectus vicioꝝ ⁊ v̄tutū p̄t fieri discussio. ⁊
plongatio sermonū **V**erbi gratia **H**omo em̄ p̄ hūilitatē
exaltat̄ **I**deo debem⁹ nos humiliare **E**t ecōuerso cōtra
riū accidit̄ q̄ debem⁹ nos equare ab illo ne nos exaltemus
Item p̄t etiā fieri discussio v̄boꝝ alicui⁹ auctoritatē.
Per quadruplicē combinatiōē p̄tium copulatiuaz et
disiunctiuaz in themate assūpto et hoc ex p̄te subiecti vel p̄
dicati **V**erbi gr̄a **D**onat̄ illud **V**ox exultatiōis in taber
naculis iustoz. ⁊c. **P**ossū sic discutere **V**ox multiplex ē
in cordib⁹ diuersoz et scientijs. scz vox exultatiōis in ta
bernaculis ⁊ nō saluz sed dānatiōis in tabernacul p̄ctoz
q̄ hic hnt̄ solatiōē suā **E**t ē vox saluz et nō exultatiōis ī
tabernacul penitentū **E**t ē tertia vox nec exultatiōis nec
saluz. in tabernaculis dānatoꝝ **E**t est quarta vox exulta
tiōis et salutis in tabernaculis saluatoꝝ **S**imili modo di
scute illud **f**eci iudiciū ⁊ iusticiā **A**lij faciūt iudiciū et non

lucticia Alij everso Alij vtrūq; Alij neutz **S**iliter illud Misericordia et iudicium cantabo tibi domine et sileam et sic de ceteris quasi infinitis discute.

Tertia plongatio potest fieri per rez proprietates.

Sermo enim potest plongi et dilatari per rez proprietates ad laudes alicuius vel ad mores Verbi gratia in psalmis scribitur **U**nxit te deus tuus oleo leticie per sortibus tuis etc.

Dicat ergo sic convenienter per oleum designat gratia quia oleum habet virtutem sanatiuam Sic gratia vulnera anime sanat peccata deleat hoc modo versus est saluator **M**athei xxij et **M**arcij xij In parabola de agricolis qui occiderunt heredem hoc etiam modo versus fuit **N**athani propheta ad **R**omanos xij Istis quibus non subuenit oleum gratie dedit supplicium **S**imiliter sicut lilium inter spinas **L**ilium enim est candidum et odoriferum et huiusmodi **S**pina est talis vel talis **H**ec omnia de bonis potest exponi et in malum de malis et hypocritis et hominibus.

Quarto modo plongat per multiplicatos expositionum.

Similitudine sensuum **E**x isto predicator attendere debet qualiter per multitudinem sensuum siue expositionum sermo valeat dilatari **E**t est notandum quod quadruplices sunt sensus per quos sermo potest dilatari **E**t ex quo veteris testamenti est figura noui propterea nouum testamentum per ipsum exponitur **P**rimo secundum sensum historicum siue litteralem **E**t de isto hieronimus loquitur **E**st enim sensus litteralis simplex expositio verborum ut quando rem exponimus sicut visa vel gesta **U**t in gestis romanorum ubi dicitur quod dauid regnauit in hierusalem **E**t secundum istum sensum tamen fit expositio sicut verba sonant **S**ecundo secundum sensum tropologicum siue morale **E**t de isto **B**regorius loquitur **E**st autem sensus tropologicus quoniam de re moraliter loquimur quo ad instructionem vel correctionem morum mystice vel apte **M**ystice ut omnia tempora sint vestimenta tua candida id est omnia tempora sint opera tua munda **A**perte videlicet **J**ohannes filioli mei non verbo tamen et lingua sed opere et veritate.

Uel tropologicè exponimus quādo illud quod est factū
puertimus in illud quod est faciendū. vt sicut **D**avid de-
uicit goliā sic hūilitas deuincere debz superbiaz. **E**t sensus
iste alio modo dīr moralis. quia respicit mores hominū scz
virtutes ⁊ vitia. **E**t circa istū sensum tropologicū siue mo-
ralem cursus mūdi introduci debz ⁊ disuadi vitia ⁊ cor-
rigi mores. **E**t sic cōclusio dīz fieri cū auctoritate a qua the-
ma est digressus. **E**t sūt tres partes hoim scz **S**piritualiū
Nobiliū et **V**ulgariū. propterea aliter debz fieri correctio
in spiritualibus et aliter i nobilibus.

Tertio scdm sensū allegoricū p̄t sermo dilatarī.
Et de isto **A**mbrosius loquit̄. **E**st aut̄ sensus allegoric⁹
alie in sensus per p̄riū sensū expositio. **U**t dauid regnat
in hierusalem. i. christus qui per dauid significat̄. regnat p̄
fidē credentiū in hierusalem. i. in ecclesia militāte. **E**t circa
hūc sensū semp̄ exēplificādū est a fili. vt cū introducūt vitā
christi beate v̄ginis v̄l alterius sancti sp̄ sua dende sūt vir-
tutes. vt et nos similiter faciam⁹. **L**ū em̄ oīs christi actio
nostra est instructio. **S**imilit̄ quicquid sancti boni fecerūt
et quicquid mali sustinuerūt totum in nostrum. p̄fectus et
exemplū factum est vt sequamur vestigia eorum.

Quarto scdm sensū anagoricū sermo p̄t dilatarī.
Et est sensus anagoric⁹ qñ loquimur de supiorib⁹ l̄ cē-
lestibus mystice v̄l aperte. **M**ystice vt beati qui lauāt stolas
suas vt illis sit potestas in ligno vite. i. beati q̄ mūdant co-
gitationes suas vt possūt videre iesū christū qui dicit **E**go
sum via veritas et vita. **A**perte vt dicēdo **B**eati mundo
corde quoniam ipsi deum videbūt. **E**t circa istum sensum
exciāde et exhortāde sūt mentes auditorū ad supiorū
cōtemplationē. **E**t fac̄ conclusionem cū auctoritate a qua
thema est digressum.

Quinto sermo plongat̄ p̄ similitudines ⁊ naturalia.
Verbi gratia. posito q̄ in themate v̄l in aliq̄ alia auto-

ritate sermonis diceret de dilectione quō deus sit diligens
dus tūc p̄dicator dilatare potest sermonē p̄ aliq̄d naturale
vt per illud naturale est om̄i creature suos parētes diligē
Quātomagis ⁊ nos debem⁹ diligere deū ex quo natura
le est nobis diligere parentes igitur a fortiori debemus di
ligere istum a quo parentes nostri et nos venimus **E**tia⁹
potest fieri prolongatio sermonis p̄ similitudines **U**erbi
gratia posito q̄ in aliqua parte sermonis loquatur de di
lectione primi et de eius cōparatione **T**unc possum assu
mere similitudinē ab istis irrationabilibus videlicet scrof
fis **N**am quando vna clamat om̄is currūt ad subuenien
dum sibi **E**t si hoc faciūt animalia irrationalia igit a for
tiori nos rationales debemus proximis nostris cōpati ⁊
ipsis subuenire tempe necessitatis **S**ic simili modo potest
sermo dilatari in alijs similitudinibus.

Sexto prolongatur sermo per assignationem
oppositi videlicet correctionem.

Item circa assignationē oppositi dicat quō aliqui faciūt
opposito modo i non sicut merito deberet fieri **N**am do
minus deus p̄pter eius bonitatem quā nobis ostendit in
creatione reuocatione et redemptione habet se circa nos si
cut bonus pater ad filios suos quia respicit nos in om̄i
bus necessarijs et reuocat nos ad se per plura et diuersa
vt tantū possumus accedere ad eū ⁊ vitā eternā posside
re et hoc non facit p̄pter se cū em̄ sibi ipsi sufficit sed ex me
ra bonitate p̄pter quā merito gratiarū actiones deberent
fieri cū dño deo nihil magis displicet q̄ ingratitude. **U**bi
em̄ est ingratitude ibi gratia accessum nō adinuenit nec
locū habet quia merita dissipat beneficia perdit. fontē di
uine misericordie exsiccat. ⁊ dies gratie obstruit **E**t signifi
catio opposita habet se sub forma correctionis et ista d̄z fi
eri in omni sermone ne mala perpetrata estimentur nō fo

B i

re mala et defenduntur quasi licita. **I**tem in assignatio-
ne oppositi occurrunt ista duo scz confirmatio et refutatio p
que sermo hz prolongari. **N**ā circa confirmatiōē debent
dici utilitates extrinsece que sequuntur possessorem rei. uel q̄
possunt sequi si res bona in se est. **S**i autē mala est debēt di-
ci utilitates que sequuntur ad eius opposituz scz diuersas
virtutes exponendo et habilitas ad bona operanduz. **S**z
opposito modo circa confutationem debent exponi mala
damna que sequuntur vel sequi possunt possessore rei vel
rem si in se mala est. **S**z si bona est debent dici que sequū-
tur oppositum rei. uidelicet diuerse inclinationes ad malū
et varia vitia que causantur inde in homine. **T**andem cō-
cludatur ex hīs q̄ bona vel mala sit res. et que sunt qui
culpabiles vel commendabiles ex ipsis reddentur.

Septimo dilatatur sermo p cōparationes.

Item dilatate sermones per cōparationes est quando
in aliqua auctoritate ponitur nomen adiectiuum. tūc p ip̄
sum potest fieri discursus per positiuum cōparatiuū ⁊ su-
perlatiuum. et econuerso uidelicet de superlatiuo ad alios
gradus cōparationis. **U**erbi gratia sicut scribit psalmista
Magnus es tu et faciens mirabilia. **D**icatur ḡ sic. **M**a-
gnus apparuit deus in rerū creatione. maior in hominis
recreatione. **S**ed maximus in sanctorum glorificatione.
Similiter **M**athei. xix. scribit. **Q**ui tradidit me tibi ma-
ius peccatum hz. **D**icat ergo sic. **J**udas magnum pecca-
tum habuit. quia ex avaritia magnum precium concupis-
uit. maius qz dominum suum tradidit. maximum. **Q**uia
de misericordia dei desperauit. **I**tez de superlatiuo nota
exemplum. **E**stote imitatores dei sicut filij carissimi. quia
carl. ppter imaginem creationis. **C**ariores propter p̄ciuz
redemptionis. **C**arissimi propter hereditatem celestis bea-
titudinis. **I**tem ad ephesios secundo. **P**roter nimiam
caritatē q̄ dilexit vos de⁹ ⁊c. **D**icat ḡ sic. **D**eī caritas fuit

apud nos magna in creatione malorum in gubernatione maxima in redemptione. sed erit nimia in glorificatione. **S**imiliter illud psalmiste Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Potest sic fieri discursus. **A**ccincti sunt potenter conjugium seruantes. **P**otentiores sunt continentibus ut vidue. **P**otentissime sunt continentibus ut virgines. **S**imiliter sapientie. xxxix. **P**otentes potenter tormenta sustinebunt. erga potentiores potentius. potentissimi potentissime tormenta sustinebunt et cetera. **I**tem sic ad Galatas. vi. **D**um tempus habemus operemur bonum ad omnes. ergo ad inferiores. mediocres. et ad supremos. et multa huiusmodi.

Et item ita potest fieri discursus respectu diuersorum. **V**erbi gratia ad romanos. xxiij. **D**avid sedes in cathedra sapientissimus inter tres. **D**icatur ergo qui sunt sapientes. illi qui habent experientiam agendorum. **S**apientiores qui habent sapientiam humanorum. **S**apientissimi qui habent sapientiam diuinorum. **E**t sic potest fieri discursus per varias acceptiones. sicut ibi. **A**cepit eum Simeon in vlnas suas. **D**icatur sic. **S**imeon accepit eum in brachia. **M**aria concepit eum in utero. **M**artha accepit eum in domum. **P**ater accepit eum in celum. **U**el primo. **M**athei secundo scribit. **I**ntendit in preceptum legis. **S**ic quidam in preceptum dei intendunt per contemplationem. **Q**uidam per sollicitudinem. **Q**uidam per simulationem contemnunt. **Q**uidam per emulationem aduerte quod ille modus pulchrior est in latino quam in vulgari.

Et item etiam potest dilatari sermo per varias species. **V**erbi gratia. **J**ohannis. viij. scribit. **M**ulta habeo vobis loqui. **C**hristus nobis loquitur tanquam iudex tanquam aduocatus. tanquam inspirator loquitur in nobis. **L**um nobis tanquam doctor. et sic de similibus. **I**tem ad istum modum aliquando multiplicat ea que sunt ad finem. verbi gratia ad istum

Bij

finem qui est permanere in peccato. diuersi diuersimode se
habent: quidā pponunt remouere quidā p̄tim vident cōfi
teri. ⁊ p̄tim nō. quidā cauēt se a p̄mittēdis sed non agunt
p̄niam de p̄missis. quidā de p̄missis penitēt sed nō cauēt.
a p̄mittēdis. **S**umat̄ hec auctoritas que scribit̄ ad Ro-
manos. vi. **Q**uid dicemus fratres p̄manebimus in pctō
vt gratia abundet in nobis absit. **D**einde dicatur **Q**ui-
dam permanent in peccatis ⁊c. vt supra dictum est.

Octauo sermo dilatatur per
nominis interpretationem.

Uidelicet qm̄ in auctoritate aliqua ponit̄ nomē qd̄ ha-
beat interpretari. **T**ūc potest illud interpretari vt magis
intelligit̄ ⁊ acceptabilis erit materia vt de⁹ interpretat̄ q̄si
dans eternā vitā suis. **S**imiliter israhel interpretat̄ quasi
vir vidēs deū. **U**el p̄nceps cū deo aut fortis. **Q**ui ergo
vult sermonē dilatare p̄ interpretationē nomis. **A**ssumat
illam interpretationē quā ad suū p̄positū p̄sequendum
viderit vtilitatē. **S**i ḡ in aliqua auctoritate sit hoc nomen
israhel. ⁊ p̄dicator facit sermonē de fortitudine. tūc p̄dica-
tor faciat scdm̄ istā interpretationē p̄tationē ad aliquē san-
ctū. **S**i v̄o p̄ diffinitionē siue descriptionē fit. vt beati qui
habitant in domo tua dñe. **S**ubdit̄ diffinitio beatitudinis
scz̄. **B**eatitudo est stat⁹ oīm bonoz̄ p̄gregationū p̄fect⁹.
Deinde exemplificet̄ quō in celesti domo donū perficietur.
In cuius visione p̄mo veritas. **S**cdo p̄ficiet̄ affectus p̄
fruitionē summe bonitatis. **T**ertio quietabit̄ desiderii ad
optationis om̄is desiderabilitatis. **E**cce quomodo sermo
dilatatur per interpretationem et diffinitionem.

Nono sermo dilatatur per
multiplicationem synonymoz̄.

Uidelicet qm̄ p̄ponit̄ materia q̄rulosa laudatiua. vt ex-
hortatiua. **Q**uerula sic. ⁊ est v̄bū beati. **I**ob. **H**omo nat⁹
de muliere. breui viuēs tpe replet̄ multā miseris. **D**ilatet̄

personna hoc modo. Homo repletur miserijs. qz pre
mit angustijs. circūdatur terminis. molestat aduersis. an
xiatur periculis. ⁊ sic de alijs. **L**audando quoqz sic ol
latef. Vere iste sanctus fuit lux errantibz. lumē ignoran
tibus lucerna deuiantibus. **N**el si laudās aliquem virtu
tem dicamus. Virtus hec mentem decorat. aiam ornat.
cōuersationem honestat. gratiam magnificat. **I**tem ad
exhortationē quoqz ad imitandū exēpla maiorū sic. **E**mu
lamur bonos. **I**mitemur sanctos. **S**equamur iustos.
Consideremus patrum exempla. hic vsus planus est in
psalmo. Venite exultemus domino iubilemus. ⁊c. **S**imi
liter bone voluntatis laudamus te. glorificamus te. ⁊c.
Item si istos nouē modos pōictos in memoria habu
eris. retinueris et frequētaueris. paucissima aut nulla the
mata inuenies in quibus non incidunt duo vel tres vel
plures predictorum modorum. **D**e quibz debes accipere
illud quod conueniēt? est tempore. loco et personis qui
bus loqueris. **D**ensemus et has circumstantias dicit apo
stolus ad thimotheum. Omnis scriptura diuinitus est
utilis ad docendum ad arguendum ⁊ ad erudiendum ad
iniusticiam corripiendū. vt perfectus sit homo dei ad om
ne opus bonum instructus.
Nunc et de cautelis postremo videndum quales quis
uis predicator prouidus secum in ambone habere debet.
Prima cautela qz nullus predicator vereri debet de re
uerentia exhibenda domini iesu christi et gloriose virginis
marie eius matris. **S**ic enim in exemplum qz legati et fa
miliares p̄ncipum faciunt. **D**icunt enim dominus no
ster et princeps gloriosus. et quando hec dicunt inclināt
se. **S**imiliter curthilani et ecclesiarum cathedralium cano
nici. dum bullas papales recipiunt. depositis pirretis res
uerēter osculant pedes sanctissimi. **M**ultomagis et a for
Hij

gloriosi nos domino nostro iesu christo creatori et redempto-
ri nostro et gloriose virgini matri eius reuerentiam exhibere de-
bemus. **S**ecunda cautela quod nunquam proferat predicator
nomen dei beate virginis vel alterius sancti sine adiecta
uo ut sic dominus noster iesus christus gloriose mater eius
us virgo maria etc.

Tertia cautela quod predicator nihil friuole vel presumptuose
in ambone attemptare debeat ut videlicet de conceptione
beate virginis marie vel similibus. Sicut tamen aliqui dicitur
cum eam conceptam in peccatis originalibus. Aliqui vero
oppositum. Circa illud dicendum est quod magis conuenit hono-
ri et laudi gloriose virginis ac pie credere quod in talibus non
sit peccata quam friuole defendere. quia ex quo omnia deo sunt
possibilia sic sibi possibile erat eligere vas sanctum et imma-
culatum in quo voluit incarnari. Et licet doctores in huiusmodi
et similibus aliquando diuersimode sentiunt non tamen est contra fidem
sed ubi materia fidei est ibi nullus alteri dissentit. **Q**uar-
ta cautela est quando predicator in ambone committit aliquam
dubiam vel questionem dubiosam tunc non recedat de ambo-
ne absque solutione dubii quia populus simplex scripturas
distinguere nesciens de sacris scripturis dubitaret atque ces-
saret et ideo eo modo populus insatiatus minime est
relinquendus igitur soluat vel potius non proponat etc.

Quinta cautela est quod ultimam sillabam cuiuslibet di-
ctionis tamen dure et integre et apte proferre studeat recte si-
cut primam. Hoc est quod dure dictionem incipit sic etiam finiat.
Et sic materia magis intelligibilis erit et apprehensibilis sic
etiam lucidius in cautela sequenti percipies. **S**exta cau-
tela quod predicator loqui debet integra verba intelligibiliter et
tractim et precipue ne unum bis vel ter dicat repetendo
vel alterando verba quia non bonus sonus ita verba multi-
plicare immo tedium generat et ridiculum quandoque audien-
tibus nisi propter difficultatem vel raritatem materie

De preparatione Stup.

oportet aliquando reiterare seu repetere et hoc propter ma-
iorie maiorem impressionem ¶ **S**eptima cautela est quod pre-
dicator cum tanta maturitate se disponat et loquatur ac
si de christo in sui presentia et aliorum principum et regi-
um loqui deberet **S**ic predicator diligentiam adhiberet
debet pro posse **E**x quo regimē et cura animarum in pre-
dicatione consistit si vult facere diligentiam in principum
presentia etiam eandem faciat in presentia simplicium vel
circa oves sibi commissas cum equalis cura est animandi
Anima enim principis non est maior pauperis **E**rgo pre-
dicator cum omni sollicitudine et diligentia se exhibere de-
bet procurando animas deo **C**um ex huiusmodi sollicitu-
dine magnum consurgit predicatori meritum ¶ **O**ctava
cautela est quod super omnia predicator caueat festinantiam
precedi nimis ad ulteriora qui est spiritus impellens homines
ad festinantiam impedit loquentem et confundit loquele
maturitatem et sensum ¶ **N**ona cautela est continentia vi-
sus que valde valet in predicatione quia obiecta mouent
sensum et per obiectum memoria naturalis dispargitur
et sic ordo memorie confunditur ¶ **D**ecima cautela est
quod in maturis correctoribus predicator nullo modo
transferat se ad specificationem aut quem specificandum
quia equus lesus non se libenter tangere permittit in vulnere
sic peccatores verentur corrigi naturaliter quia omnis
virtus naturalis et omne viciū contra naturam secundum
beatum **Bernhardum** **D**e vitio perpetrato quis
abhorret quod natura a qua per deordinationem deces-
sit testis est quem malum non agere **S**ic per oppositū
de virtute nullus abhorret igitur omnis virtus est natu-
ralis et omne viciū contra naturam ¶ **N**otandum etiam
est quod predicatori circa triplicem statum habere correcti-
onem **N**am alia erit correctio spiritualium alia nobilium
alia vulgariū ¶ **U**ndecima cautela est quod predicator

summe caueat prolixitatem in sermone. et hoc ideo ne
populus incipiat attediari. et de post sermones alios vi
tare. **Q**ua propter videat ipse predicator quod studeat vtili
ozem et fructuosozem materiam colligere. et eandem ad
breuem et copendiosam summam redigere. vt populus
eo melius poterit memorie commendare quando cessat
quod predicator populum quasi insatiatum relinquat. sic quod
libenter plus audiret de tali materia. **E**t si aliquid de ma
teria sua remanserit sup festiuitatem alia sequentem sup
sedeat. qua propter predicator horam attendat et finita
hora cessat. **D**uodecima cautela est quod predicator in mo
do vulgarisandi non constringat se ad istam difficultate
vt velit verba transferre eodem ordine. et tam proprie quo
ponitur latinum. sed multo meliori et aptiori modo tras
ferat vulgare de latino. **P**oportet enim predicatorum aliqua
do iuuare materiam. et aliter exprimere quam in forma ver
borum ponit. **E**t aliquando circuloqui vt ibi. **D**omine masculinum
aut apud vuluam ibi non oportet ita grosse exprimere sed per vul
ua exprime vas vel porta partem mulieris et sic de similibus.
Concludendo materias predictas fratres carissimi ad
vitam eternam promerendam non sufficit verbum dei
nisi quisque studeat illud etiam mente adimplere. vt effu
gere valeat tam horribile piculum in quo saluator noster
iubet seruum inutilem proici ligatis manibus et pedibus
ad tenebras exteriores. quia seruus sciens voluntatem domini
sui et non faciens vapulabit plagis multis. **C**um enim dominus
deus per apostolos sanctos et alios doctores et prophetas in
didit nobis sacras scripturas. per quas docet nos sua volunta
tem et viam debitam qua pergi possumus ad regnum celorum
quia dominus noster ihesus christus in euangelio nos tanquam pes
dagogus informat. vt ad vitam eternam pueniamus. propter
rea studeamus illa adimplere in opere que nobis facienda
et imitanda esse monstrantur. —

C fine clauditur ars siue modus predicandi a sancto tho-
ma de Aquino composita necnon aliorum sacrorum do-
ctorum scripturis perlustrata et si quis diligenter se in-
spexerit procul dubio in arte ista magnus erit.

Restat modo formare arbozem que fit in hunc modū
cum sua declaratione et intellectu.

Predicatio assimilatur

arbori reali Sicut enim arbor realis pro-
cedit de radice ad truncum et truncus in prin-
cipales ramos pullulat et rami principales in alios multi-
plicantur Sic et predicatio primo ex themate tanquam ex ra-
dice in truncum idest prolocutione vel prothemate proces-
dit Ac deinde ex prolocutione siue prothemate in princī-
palem diuisionem thematis tanquam in ramos principales
Et rami principales thematis debent ulterius per secun-
darias diuisiones multiplicari idest in subdiuisiones vel
subdistinctiones et ultimo dilatari prout patet exemplum
in arboze sequenti. Cuius thema diuiditur in tres partes
et quelibet partium subdiuiditur in tria membra Et quod
libet membrum potest dilatari per aliquos istorum nouē
modos suprascriptos existēs in arboze ut patebit in meli-
ore. **Q** Deinde nota quod triplex est modus predicandi. Primus
modus est assumpto themate et dicto dimisso procedere
debet predicator ad executionem sermonis sui. Primo tan-
tum euangeliū exponendo Et est modus antiquus sicut
manifeste ostendunt omelie beati Gregorij et aliorum san-
ctorum doctorum Et post expositionem euangeliū transi-
re debet ad diuisionem et subdiuisionem thematis et ad
materiam principalem sermonis et sic sermo positus est in
effectū. Et post hec debet fieri inuocatio sancti spiritus quod
talīa sine adiutorio exprimere non valeat Et quod imploret

beatā virginem salutantes cum aue maria. siue per aliam
inuocationem **E**t modus iste est laicalis siue popularis et
pulcher. qz in decretis precipitur euāgelium illud dare si
plicibus diebus dominicis **¶** **S**ecundus modus est the
mate et dicto dimisso. predicator transeat ad executionem
sermonis sui: et ad diuisionem siue distinctionem thema
te tñ non diuiso **¶** **U**erbi gratia **S**i pro defunctis accipe
retur hoc thema **¶** **M**ors q̄ amara ē memoria tua **¶** **A**bs
q̄ horum verborum diuisione subiūgat predicator **S**ciē
dum amatozibus mundi amara est memoria mortis p̄
pter tria **¶** **P**rimo propter mundū quē desinunt. **¶** **S**e
cundo propter futurū supplicū quod adquirunt **¶** **T**er
cio propter carnis delicias quas amittunt **¶** **E**cce quomodo
extemate non diuiso proceditur ad distinctionem **¶** **E**t
modus iste leuis est simplex quia ex themate nō est facta
prelocutio nec introductio expositionis euangelij **¶** **N**ec s̄
horum thematis diuisio **¶** **T**ertius modus et ad propo
situm nostrum **¶** **P**rimo predicator thema suū dicere de
bet in latino sub silentio **¶** **P**ost hoc introducere dictum v̄
nū in vulgari videlicet **D**ominus noster iesus christus
det hominibus uiuentibus gratiam et misericordiā. eccle
sie sue pacem. nobis aut̄ peccatozib⁹ post hanc vitā. vitā
sempiternam **¶** **D**einde resumat thema per expressū in vul
gari **¶** **E**t post hec potest elicere vel recipere ex themate suo
vnam prelocutionem loco euangelij **¶** **E**t istam prelocutio
nem potest facere per similitudines. moralitates vel pro
uerbia siue naturalia **¶** **U**t aliquando etiam potest fieri ex
certis auctoritatibus adductis **¶** **E**t ista prelocutio alio no
mine dicitur prothema. quia ante diuisionem thematis et
ante principalem materiam sermonis exprimitur. **¶** **E**t no
ta q̄ in prelocutione siue prothemate non debet fieri pro
lixitas vt thema cū suis principalioribus materijs sermo
nis locum exprimendi habere possit. **¶** **I**tem prelocutio

Im Jahr des 1000ten In christlichen Dacht
Dacht Dicht zu den Dicht Dicht zu den Dicht
Di den Dicht zu den Dicht zu den Dicht zu den Dicht
ein Dicht zu den Dicht zu den Dicht zu den Dicht

Im Jahr des 1000ten In christlichen Dacht
Dacht Dicht zu den Dicht Dicht zu den Dicht
Dicht zu den Dicht zu den Dicht zu den Dicht
Dicht zu den Dicht zu den Dicht zu den Dicht
Dicht zu den Dicht zu den Dicht zu den Dicht

Im Jahr des 1000ten In christlichen Dacht
Dacht Dicht zu den Dicht also Dicht zu den Dicht
Dicht zu den Dicht zu den Dicht zu den Dicht
Dicht zu den Dicht zu den Dicht zu den Dicht

Im Jahr des 1000ten In christlichen Dacht
Dacht Dicht zu den Dicht zu den Dicht zu den Dicht
Dicht zu den Dicht zu den Dicht zu den Dicht
Dicht zu den Dicht zu den Dicht zu den Dicht

Im Jahr des 1000ten In christlichen Dacht
Dacht Dicht zu den Dicht zu den Dicht zu den Dicht
Dicht zu den Dicht zu den Dicht zu den Dicht
Dicht zu den Dicht zu den Dicht zu den Dicht



13. V. 17

Anno Dni M^o CCC^o XXXII^o In die exaltacione sancte crucis
quod fuit 14^o febr^o magis et in audientia eorum in exaltat
de nocte circa hora 2^o qui respo ad die p^oma et fact
magna intulit supra arboribus et edificiis et fuit di
migravit a laice demone sup^oisse quedam monast^o
in corp^o et aia. ingromat^o. et monast^oio h^olysp^o
qui in 2^o ip^o an^o et sup^oict^o fuerat p^opos^o in p^othoff
quod p^oter ad e^o monast^oio et ubi fuerat p^opos^o h^oly
fuit p^o hoc anno xxxii^o cum fact^o et h^o apli q^ontu^o edificia d^ont ad e^o

Anno Dni M^o CCC^o XXXIII^o In die max^oim^o g^ontu^o p^oda
p^o et mag^o bella q^o S^oth^oedens^o v^o p^oher^oet^o m^oit^o
cum aud^o et d^ont^o est^o ad p^o m^oit^o et sanct^o in
re p^ont^o et d^ont^o med^olan^o p^oda^o et et et^o p^ont^o et
p^o q^ontu^o g^ontu^o om^oia h^ont


Invidias et al^o et ali^o de p^ont^o p^ol^o et p^ont^o p^o m^oit^o h^ont
in m^o p^o de p^ont^o p^o m^oit^o v^o adm^oit^o m^ont^o p^ont^o p^ont^o
v^ont^o in l^o m^oit^o et de m^oit^o et in m^oit^o v^ont^o p^ont^o p^ont^o
v^o p^ont^o v^ont^o p^ont^o p^ont^o p^ont^o

Anno Dni M^o CCC^o XXXIV^o In die mag^o p^o m^oit^o tuam p^ont^o
p^ont^o in p^ont^o p^ont^o de p^ont^o p^ont^o et cum p^ont^o
p^ont^o qui fuit ad die

In anno Dni M^o CCC^o XXXV^o fuit mag^o p^ont^o q^o v^ont^o edificia
ad die p^ont^o et mag^o p^ont^o 2^o die in v^ont^o p^ont^o 2^o die aud^o
p^ont^o mag^o p^ont^o in v^ont^o



restauriert Juli 1970, Ha.





Copyright 4/1999 Munsell Color Services Lab
 www.munsellcolor.com

VierFarbSelector Standard - Euroskala Offset

restauriert

Ha

1		A		5
2		B		
3		C		
4		D		
5		E		
6		F		
7		G		
8		H		
9		I		
10		J		
11		K		10
12		L		
13		M		
14		N		
15		Focus		
16		O		15
17		Balance		
18		Q		
19		R		
W		S		
X		T		
Y		U		
Z		V		20 cm